



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quomodo eiecit vendentes & ementes templo?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Quomodo eiecit vendentes & ementes è templo?

8. 2. Hæc secunda est templi purgatio, in qua non modo, vt in priore queritur, domum suam esse sanctam negotiationis, sed etiam *stetunam latronum*: Quia pietate non modo ad quæsum abutebantur, vt nunc *ῥησιμαῖοι, ῥησιμαῖοι*, qui Christum captauerunt, & de illo negociantur, sed etiam vt *פריזין* Pherezin effradores, *מורכזין* muro-perforollos, latrones; quasi tales diceret Phari- seos: nam exiguum est inter illos discrimen. Ete- nim *פריזין* Pharisei, at *פריזין* latrones. Spe- cialem autem latronum apud Ieremiam cap. 7. ver. 11. vocat, quod in eo conuenient, principes & Iu- da qui latrones erant, non quod in eo latrocina- rent, quamvis & illud in templo factum est, ver. 8. *Et sic non confitis in sermonibus mendacii, qui non prode- runt, sed furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, i- bent Baalim, & trepost Deos alienos, quos ignoratis. Et venistis, & stetitis coram me, in domo hæc, in qua invocatum est no- men meum, & dixistis: Liberati sumus, eo quod fecerimus om- nesque abominationes istas.*

Ino iudicio vocat speluncam latronum, quia enim omnes facinorosi commisit, templo se tutos fore credentes. Eadem propterea ratione nunc quoque omnibus sceleribus obriti, templi prætexit parentes, viduas, alioque prædabantur. Ante omnia in templo sancto filio Dei machinabantur, pleni malitia & rapinis. Sed tamen postea & in templo ho iudicia parata

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

Nec vendentes tantummodo & ementes Sacra,
gratè admittere scelus dicimus, verum etiam in tem-
plo, ambulantes, fabulantes, profana tractantes, quàm
cum hæcenus non modo multis locis populus, sed
clerus etiam fecerit, bellis, exiliis, vastatione contumeliam
Deus vicifcitur, & quia manus eius adhuc exten-
ta, non est, quod contemptu Numinis impunitatem
sibi quisquam polliceatur.

VERSUS 16.

Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique, nunquam legistis: Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?

OVÆSTIO I.

Quid indignantibus respondet?

§. 1. **A** Lienā laude vritur inuidia, & odiū summa
rabie accenditur, quod sibi perire videretur,
quicquid Christo acquiritur. At Christus à Deo cōstitu-
tum